



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Intentio Et Divisio Operis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)



M E T H O D I E X P È D I T Æ C O N F E S S I O N I S, L I B R I Q U A T U O R.

I N T E N T I O , E T D I V I S I O O P E R I S.



C O N F E S S I O N I S Sacramentalis præceptum arduum sanè est, atque difficultatibus per se oblitum: verùm additis tot Recentiorum D. animadversionibus, molestiarum, ac perplexitatum accessio tanta facta est, ut nonnullos terreat magis, quam ut par est, invitet, alliciâtque. At enim vero nequaquam sub tantis, talibusque spinarum aculeis, quot qualesque acutiora Theologorum ingenia; vel extra discretionis mensuram timoratorum Conscientiæ reperere, tam necessariam, quotidianam, utile, naturæque humanæ fragilitati, ut fas erat, accommodatum: Dominus noster ac benignissimus Ecclesiæ Parens constituisse credendus est. In gratiam ergo Confessorum, ac Pœnitentium, operæ me pretium facturum puto, si ex inchoatis propemodum, ac de re tota, opinionibus, eas diligenter feligam, quæ viam faciliorem, (saltem ex probabili sententia, quam tutò sequi valeamus) ad excipiendas, exhibendasque Confessiones expediam. Id quod breviter, Methodoque ad praxim, ut mea est mens, non verò ad Theologicas speculationes, idonea, tunc profectò prosperè consequar, cum aspirabit facilius Deus, cui omnia mea ex animo dicata esse profiteor.

1. Quemadmodum autem quatuor integrè constar partibus Pœnitentiæ Sacramentum (Conc. Trid. sess. 14. c. 3.) Dolor cordis, Oris Confessione, atque satisfactione, tanquam partibus materialibus ac Absolutione tanquam forma, ita & quatuor hæc instructio partes complectetur: Addito libro quinto de sigillo Confessionis (quem sub titulo Appendicis ad librum quartum olim evulgavimus,) in singulis enim facilitas est investiganda, ut sacrarum Confessionum Arbitris tanti Sacramenti administratio non difficilis, ejusdemque susceptio Pœnitentibus plana, & optanda potius quam timenda proponatur.

L I B E R P R I M V S.

De Doloze Cordis.

C A P V T P R I M V M.

De Doloze quoad substantiam, præsertim circa mortalia.

§. 1. Quid sit Contritio, & Attritio.

DOLOR ad pœnitentiæ Sacramentum requisitus, vel esse Contritio potest, vel Attritio, ex-
Part. I.

Conc. Trid. sess. 14. c. 14. etiam ut talis cognita. Sic Suar. disp. 20. de pœn. sect. 1. m. o. & Præpositivus quidem de pœn. dub. 5. n. 36. dicit id esse moraliter certum, & contrariam opinionem nullam habere probabilitatem.

2. Contritio autem est detestatio peccati propter Deum summe dilectum cum proposito non peccandi de cetero, ex Conc. Trid. sess. 14. cap. 4. Attritio est detestatio ejusdem peccati saltem propter aliquod ex his tribus motivis, id est, vel propter timorem gehennæ, vel propter amorem gloriæ, vel propter turpitudinem ipsam peccati animum commaculantis, ibid.

A 3. Dixi